



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 22. Professio fidei Latinis, Græcisque communis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1439.

trio Imperatoris Germano, qui ab unione alienus sententiam suam pronunciare recusavit. Nihilominus huic concordia accesserunt Principum, & Græcorum populorum Oratores, exceptis iis, qui Iberi ablegarunt. Tandem etiam Cyzicenus, Trapezuntinus, Heracleensis, & Monembasiensis, mutata sententia, ceteris adhæserunt. Ergo inter omnes Græciæ Episcopus Marcus Ephesinus, & Sophronius Anchialensis soli sententiam majoris partis amplecti, invicta pertinaciter renuerunt.

§. XXII.

Professio fidei Latinis atque Græcis communis.

Conc. Labb.
to. 13. part.
Conc. Flor.
p. 1130

Omnibus hisce ab Imperatore proferentibus, ra unione ex animi sententia compositis, communi consilio Græci decreverunt, professionem Fidei duntaxat circa articulum de processione Spiritus Sancti condendam esse. Hæc paucis addendum differt ab illa superius a nobis relata, cujus tenorem impræsentiarum relatumus: *In nomine sanctæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, in hac obsequium sancta ac Deo grata unione eodem sensu, eadem anima, eademque mente nos Latini & Græci consentimus, & concordamus, ut ab omnibus Christianis hæc fidei veritas*

Et suscipiatur, Et ita profiteamur, quod Spiritus Sanctus ex Patre Et Filio æternaliter est, Et ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio, Et unica spiratione procedit, declarantes, quod id, quod sacri Doctores Et Patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus Sancti, sicut Et Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris sunt, Pater ipse unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum, quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ejus Filius a Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus est.

§. XXIII.

Pacta Pontificem inter Et Imperatorem Græcorum.

Imperator, prius quam hæc formula ab utraque parte acceptaretur, & propriæ manus subscriptione firmitatem obtineret, de subsidiis sibi necessariis cum Pontifice pacisci constituit. Quare Ruffiæ Archiepiscopum destinavit, qui cum Eugenio hac super re conferret. Papa Archiepiscopum unacum tribus Cardinalibus remisit, ut Imperatori nomine Eugenii sequentia promitterent. I. *Beatissimus* Hist. Eccles. Tom. XXVII. Ff Pater

Sæcul. XV. A.C. 1439.

Acta Græca
Cont. Fior.
to. 13. Cont.
Labbe p. 486.